

Nuper me sollicitum de Winsenij amoribus vidisti a tuo.
 Postquam voti compotum utraque fecistis, accessit ille cum
 amoribus viri amor tertius, qui me ambiguum nunc magis
 reddit, et reuera nescium quid cui de tribus anteferre
 deceat. Impar itaque dicendo, quanta in practico singula habe
 am, de tribus uniuersis praedico, tanti me literatos vos, tanti
 amicos facere, tanti autores, tanti literas et libellos, quanti,
 si me nostis, nunquam futurus vobis sum, qui cum amari
 a talibus cupiam id eo solo mereri videre, quod ambisio
 ausim; caetera ne dignus quidem, de quo a septentrione
 vestro, supersternere in Batavi sim, an fuerim, inquiratis.
 Vale vir eximie, et clarissimo Winsenio, qui tam amabili
 te fideicommisso in gratiam meam gravare voluit, salu
 tem a me nuncias, et amoris initia cum lepidissimis
 ipsius perennaturi. Hagae Com. Postrid: Cal: Aprilis
 CIOIICXXXII. Amplitudini tuae studiosissimus
 C. H.

S: quid porro huiusmodi deliciarum
 paritura sunt, quae in felici Trisia
 entare noui et ignota venerat
 praestantissima ingenia, scitote
 me perpetuo εὖ αὐτῶδοῖς τῶν Χείρῶν ἔχειν
 et utique facturum paria, si quid hic alij
 vel ipse insaniret.

Solio.

(156).

Ex quo postremum a te abii Vir Doctissime atque ami
 cissime, secuta me imago est mirabilis Galli, amiei,
 non citra inuidiam meam, tui, cuius in magna Urbe
 paulum sepultae distat inertiae celatae virtus. Illam
 praecipue, quam de Refracti radij demonstratione tanquam
 de re leui ac perspicuae spem fecit, nusquam deposui.
 Quae vero, dum per hos dies festos tuus es, esto hic, quod
 fuisti semper, quodammodo et meus quoque. et illud age
 serio, ne ab his regionibus, quod mirabatur, decedat Vir
 praestantissimus, nisi hoc saltem nomine liberet, quo quidem
 debitor censi in uniuersum noster potest, quod sementi
 in hoc solo factae messem indigenis inuideri nulla ratio
 patitur. Amicitiam viri, non tam ineptus mei aestimator
 sum

sum, ut ambire gestiam, nec vimo facturus sum quarenti
 latebras, quo posteritati magis illucescat. Sed quando caeta-
 neis ferè nobis, quod te dicere memini, parum liquet, uter
 alteri superstes esse possit. iterum te rogo curare sedulo ut
 velis, ne se suo saeculo inuideat, aut hoc felicitati nostrae
 deesse velit, quod serius esse non coeperimus, aut erat uiuere,
 qui pridem nati sumus, et ad gloriam nostram pertinere
 ducimus, quod eodem sole illustramus cum nobilissimo
 Planeta, qui inter nebulosa sidera latendi, ut immerito,
 certe sic tandem frustra consilium coeperit. Vale Goli
 clarissimo et me ama. Haga VII. Id. Apr. MDCCXXII.

Remitto libros duos, quorum possessionem
 tanto tibi tempore interuersam pudet.
 sed nisi sic te amari utamur, magis
 nescias quam coeperimus de singulari
 humanitate tua plenissimam fiduciam.
 Baldi exercitationibus minus libenter
 careo. atque adeo te rogo, ut si quod
 eiusmodi exemplar alibi occurrat
 occurrat ego etiam omni ratione
 impensa posthabita.

Heinsio.

(157).
 Quotet ad se redeant, Orator Pie, felix et Auguste, quantum
 Imperator cui obtigisti, qui post te locuturi sunt de sic
 locuto. Et eo quidem hactenus consilio tacei, nec satis tamen
 a stupore euigilo, quo lectorem perculisti, orator pie, qui
 Μαατῶν τὸ Πραγμα τ' οὐκ ἐπιένης voluisti, et mirabili
 compendio laudes colligere summi Regum, quibus effe-
 rendis, a tatis illud omne quod orbi restat, vix par futu-
 rum erat; felix, qui potuisti; Auguste, qui tam hoc pie,
 tam feliciter praestitisti; te ³ auctior ut quotidie, tuis
² victor; qui de victoribus pridem triumphasti, tandem
 ubi desiturus sis suspensam omnem conditionem tenes.
 O felix iterum; qui sic Principem alloquere τὰ τε κατὰ
⁶ τὸν χῆ τὰ μῆ, a quo cum audiri nondum possis,
 certus es legi tamen, et lectus dudum; et sic lectus, ut
 qui contentus paucis lectoribus esse non debeas, hoc solo
 possis. Itaque satis tandem ad me redire uideo. non
 redeo mi Heinsio, nec mihi redditus sum, nisi postquam
 noua lucubratione docere coeperis, talem hunc postremum
 esse, ut superari ^{non} possit, quod nondum intelligo, nondum
 credo.